

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Epistolarvm [epistolarum] D. Philippi Melanchthonis Farrago

Melanchthon, Philipp

Basileae, 1565

VD16 -M3220

D.Hieronymo Beitnero Philippus Melanchthon S. D.

[urn:nbn:de:bsz:31-312770](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-312770)

Ad discas, teq; ipsum meliorem reddas. Nam e-
 pistola tua ita est scripta, ut superiores tuas epi-
 stolas facilitate atque elegantia uincat. Ita autem
 quisq; studiosissime docet, si se quoq; meliorem red-
 dere conetur. Cum autem uideam te tali natura at-
 que ingenio esse, ut consequi genus orationis pro-
 babile possis: non dimittam te quum adhorter, ut om-
 nibus uiribus in hanc rem incumbas, ut in ratio-
 ne dicendi elaborares. Itaq; te uelim conferas summo
 studio ad imitationem Ciceronis. Interdum tamen
 te epistolas Erasmi legere uelim: & de ipsa ratione
 imitandi scribam ad te plura, si cognouero te hoc
 studio delectari. Eodem autem uocandus erit alum-
 nus tuus, cuius natura ad eloquentiam uidetur ido-
 nea. Vale.

D. Hieronymo Beitnero Philippus *Bairngarten*
 Melanchthon S. D.

Quod rarius ad te scribo, uir optime, quiduis
 putes in causa esse, quam obliuionem tue beneuo-
 lentie. Ego enim te propter excellens ingenium tuum
 feci plurimum: & cum me semper omni officij genere
 coli senserim, ingratus sim, si disimulē me tibi non
 debere plurimum. Sed hæc tempora, quæ te quoq;
 (ut uideo) non leuiter exercent, non solum hæc nô-
 stra officia, sed etiam planē euerūt omnia. Legi e-
 pistolam tuam non sine magno dolore, in qua & si
 q 2 gnificas

gnificas, quæ te causæ moueât, ut de deserenda Republica cogites. Eſſet illud quidem his temporibus optadum nobis, ut latere liceret: neq; ego tibi quicquam præcipio. Sed tamẽ uides mi Hieronyme, in qua quasi statione collocatus sis: quam, nisi Respublica prorsus oppressa eſſet tyrannide, nolim te deſerere. Sed nõ uacat nunc multa ſcribere. Spero te conſilia tua ad publicam utilitatem accommodaturum eſſe.

Hic iuuenis ſatis literatus eſt, petit unum ex ſtipendijs minoribus: qua in re ut eum adiuuus, te etiam atq; etiam oro. Vale.

Egria eruditione & uirtute prædito uiro, D. Bernhardo Baumgartnero, magistro Philoſophiæ, docenti optimas artes in oppido Vlceſi, amico ſuo chariſſimo, Philippus Melanchthon

S. D.

Chariſſime Bernharde: Eſt tantum eſt miſeriarum publicarum, ut bene agi cum ijs exiſtimadum ſit, qui ex hac uita euocantur, præſertim cognita doctrina filij Dei: tamen magnum nobis dolorem & luctum attulit mors Chriſtophori Coſmãni Vlceſiſ, diſcipuli tui. Nullum in tota Academia ingenium ipſi prætulit, ſiue ſcriberet ſolutam orationẽ, ſiue uerſus: ita ut ueterum laudatorum ſcriptorum nitorem